









1713.

1. *Pictorius, Godlob Balther: De continuatione possessio-*  
*nis per successores.*
2. *Skeit, Iacobus Philippus: De eo, quod instrumentis circu-*  
*rationes in genere et in specie circa rationes*  
*procurari.*
3. *Holtzborn, Andreas Bartholomaeus: De senatus consulto*  
*Macedoniam.*
4. *Meier, Ioh. Henricus: Dissertationis iuristica, sistens*  
*selectas quastionem ex iure venatorio quæstiones*
5. *Meier, Ioh. Henricus: Defucato et aculeato*  
*quæstionum causiticorum style.*  
*Skeit, Iacobus Philippus:*
6. *Fischer, Antonius Christianus: De renunciacione*  
*appellationis aliorumque remediorum contra statuta*  
*litionem.*
7. *Skeit, Iacobus Philippus: De foris privilegiatis*

8. Skret, Iacobus Philippus : De testamento nullitari
9. Tengell, Ernestus : De convenientia et disconvenientia  
probationis et demonstrationis
10. Tengell, Ernestus : Utrum sententia iuris iustitia  
solutio per item absoluto plenam praestare valat  
liberationem?
11. Tengell, Ernestus : De convenientia et disconvenientia  
juri Boernici et juri Magdeburgici in processu  
executivo
12. Tengell, Ernestus : De mandaci effectu in jure
13. Tengell, Ernestus : Si liberatio Macedoniana.
14. Tengell, Ernestus : De precepto judicialis de  
non solvendo in genere, et in specie, an illud coronum  
monasteriorum violat?

18. Trentor, Joannes Philippus : de destinatione . . .

1714.

1. Everts, Amelius Goropius : de jure foederum  
sive alliancearum,

2. Meier, Joannes Henricus, Facult. iurisdictae Decanus :  
... lectori bener. s.p. d. (ad disputationem in ang.  
Christiani Schaefferi invitata)

3. Meier, Joannes Henricus, Facult. iurisdictae Decanus  
... lectori bener. s.p. d. (ad disputationem

in ang. Augusti Historio's Engelmanni invitata)

3b. Meier, Joannes Henricus, Facult. iurisdictae Decanus : Prograe,  
disputationis in ang. Amelius Goropius Vinculari presentationem.

4. Meier, Jo. Henricus : De actione negotiorum.

5. Meier, Jo. Henricus : De jure riparacionum  
sive jure habeendi pontonum in fluminis  
publico

6. Meier, Ioh. Henric. : De iurata diffensione recognita  
mann.
7. Mueller, Augustus Fridericus : De rationibus legum  
investigandis
8. Schaeffer, Christianus : De legales iustis
9. Stidz, Michael Heinrichus : De iustitia ut fine  
iuris prouerbia.
10. Stockhausen, Gottfridus, &c. : De jure stabitis imperii  
circa alienationem territorii competente
11. Tengzel, Ernestus : De militatione ultimae uran-  
date
- 12 Tengzel, Ernestus : De horrarioris
13. Tengzel, Ernestus : De eo, quod iustum est circa  
caecos.
14. Treiber, Iohannes Philippus : De modo augearum fiscum  
et potestatione principis.

1714-3  
FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANUS <sup>18</sup>  
ET <sup>21</sup>  
SENIOR,  
**JOHANNES**  
**HENRICUS**  
**Weiß**

JCTUS, ELECTORALIS REGIMINIS  
CONSILIARIUS, DECRETAL. PROFESSOR PUBL.  
ET JUDICII PROVINCIALIS ASSESSOR.  
PRIMARIUS.

L. B. S. & O.

quædam de transacti onibus



Ransigere in significatione originaria est quasi ultrà agere, sic apud *Tacit.* legimus, gladio seipsum transegit; translatum verò est hoc verbum generali sensu ad alia, ut idem sit, quod negotium confidere seu expedire, uti *Cicero* pro *Q. Mutilo* inquit, susceptum negotium non transegit & eodem sensu *Terrant.* facta, transacta omnia; huc quoque pertinet illud *Salustii*: multi mortales dediti ventri atque somnio, indocti incultique vitam sicut peregrinantes transigunt: *Iaemque in proœmio*, ne vitam silentio transigant, veluti pecora. In hac significatione generali etiam Nostris usurpatur pro qualicunque negotii terminatione in l. 15. ff. ad *municip.* l. 5. ff. de *decur.* l. 18. §. 4. ff. de *dolo mal.* l. 1. §. 3. ff. de *pact.* l. 229. & seqq. ff. de *V. S.* ubi transacta dicuntur, quæ quoquo modo ad finem sunt perducta, vel tempore, vel *Judicis sententiâ*, vel alio medio, uti in l. 13. §. 7. de *his, qui notant. infam.* sententiâ transactum dicitur de existimatione. In usu *Juris* accipitur pro conventione, qua rem dubiam litemve incertam aliquo dato, vel promisso, vel retento finimus

mus l. 1. ff. de transact. l. 2. & 38. Cod. eod. Atque sic transactio est pacti, in genere accepti, species l. 15. 17. 28. Cod. d. t. paciscimur autem de re dubia, aut lite incerta, seu certa & hoc postremo casu ferè gratis, ac dicitur pactum in l. 1. ff. de transact. de illis transactio l. 2. Cod. b. t. verius tamen hæc à pacto, ceu modo ineundi transactionem, distinguitur. Comparatur quidem transactio cum re judicata & causâ jurejurando conventionali decisa, sed modo secundum quid, non simpli citer neque in omnibus convenienti, neutra tamen rescindi debet temerè l. 20. C. de trans. neutra sub prætextu novorum documentorum retractanda est, l. 19. C. d. t. l. 4. C. de repud. in aliis autem à re judicata distinguitur transactio; hæc enim (1.) fit consensu & expressa conventione inter volentes & de mun consentientes l. 11. & 15. Cod. cit. tit. Sententia verò fertur in invitum l. 83. §. ff. de V. O. (2.) illa etiam nocturno tempore constituitur l. 20. C. b. t. interdiu saltem recte judicatur l. 2. §. 31. ff. de O. J. Nju. 82. cap. 3. (3.) de criminibus non capitalibus transfigere non licet l. 18. Cod. b. t. oportet tamen de his judicari, §. fin. Inst. publ. judic. (4.) trans-  
actio

: (2)

actio non facit ingenuum l. 6. 10. & 30. Cod.  
de liber caus. hoc autem præstat sententia,  
l. 25. ff. ac stat. homin. (5.) transactio tollitur  
contraria conventione l. 14. Cod. b.t. Senten-  
tia ejusdem judicis contrariâ sententiâ non  
infirmatur, l. 1. C. qn. provoc. non est neciss. (6.)  
crimen transactione non tollitur l. 14. Cod.  
b. t. uti sententiâ l. 7. §. 2. ff. de accus. (7.)  
transactio paratam executionem non habet  
l. 28. C. b. t. quemadmodum res judicata l. 8. C.  
de R. C. Quæ & à juramento, cum quo tamen  
effectu convenit, l. 20. C. b. t. 7. l. 31. ff. de  
Jurejur. differt, quod, tamen uti transactio,  
ex conventione profiscitur. Quoad ob-  
jectum inter ista tria vix dabitur discrepancia,  
intelligimus enim per rem dubiam non mo-  
do eam, cuius causa jam lis mota est, sed  
& eam, de qua moveri potest, aut metuitur  
l. 2. Cod. de Transact. vel etiam quæ absque  
lite dubia est l. 1. C. de pact. l. 1. Cod. de trans-  
act. l. 8. §. 23. ff. de pact. Transactionem au-  
tem cum re judicata autoritate & potestate  
convenire, vel inde apparet, quòd utraque  
retractari regulariter nequeat l. 1. Cod. sentent.  
rescind. non poss. quòd demum ullus sit litium  
finis l. Cod. de Transact. adeò ut nec Principis  
reſcri-

erit

rescripto causæ sic terminatae resuscitari debant l. 16. Cod. d. tit. neque decisæ jure jurando l. 31. ff. l. 1. Cod. de reb. credit. Hinc ex iis formatæ exceptiones specialiter in cap. 1. & 2. X. de Tit. contest. dicuntur litis finitæ. Et quamvis transactionem causa non antecessere rit, postmodum hoc allegans, non audiendus est l. 23. Cod. b. t. sera quippe hæc post transactionem allegatio est, etenim qui transactionis causa promittit, vel solvit, eoque à lite discessit, dici non potest, sine causa id factum esse; satis enim hic causæ est, quod sic à lite fuerit liberatus. l. 65. §. 1. ff. de condic. indeb. j. l. 6. Cod. de jur. & fact. ignor. Ad transactionis efficaciam pertinet, quod cum recusante praestare placita transactionis actor experiri possit vel ex interposita stipulatione, vel præscriptis verbis l. 33. Cod. de transact. vel ad consequendam poenam commissâ stipulatione l. 37. Cod. d. tit. Sin nulla eo nomine competat actio, quod pacto nudo inita sit transactionis, potest etiam veteri actione, per transactionem suspensâ experiri, l. 28. Cod. d. t. & l. 21. Cod. de pact. l. 27. ff. de inoff. testam. Moribus uti ex pacto, deliberatè inito, actio datur, sic quoque ex transactione pacto perfecta. VVesenb. n. ff. de

*Transact. n. 7. & ibid. Habs.* Verum h̄ic sciendum, alternativè saltem agi licere, vel priore actione ad rem, antē in litem deductam; vel nova actione ad id, quod transactionis causa promissum est l. 17. & 28. Cod. cit. tit. Sponte autem instaurari litem decisam, Jura prohibent l. 33. C. d. tit. Quæ autem ob pagellarum angustiam addi haut potuerunt, supplebit ad l. 1. Cod. de Transact. Nobilis & Clarissimus

**DN. AUGUSTUS FRIDERICUS  
ENGELMANN,**

Qui, ut pro more vitam ejus hactenus peractam saltem attingamus, in lucem anno 1689.  
d. 21. Maji Glauchaviæ, Misniæ oppido, in  
Comitatu Schoenburgiaco sito, prodixit; Cu-  
jus Parentes, adhuc Divinâ clementia vitam  
degentes, extiterunt, Nobiliss. & Consultissi-  
mus DN. WOLFGANGUS HEINRI-  
GUS ENGELMANN, Consiliarius & Præ-  
fectus Schoenburgiacus; Mater vero eximiis  
virtutibus prædita, JUDITHA CATHARI-  
NA, nata MURHARDINA. Horum singulari  
solicitudine mox à teneris non modò pietati  
assuevit sed quoq; ingenium literaturæ accom-  
modum prodidit, ea propter diligentissimā  
inter

inter privatos parietes præceptorum suorum  
informatione, & quidem Dn. Reiffingii, nunc  
Pastoris Honsteinensis & Dn. Werstleri, Past.  
in Schluntzig, primùm adjutus, postmodum  
in publica, quæ Glauchæ est, Schola Viri  
quondam Clarissimi Dn. Johannis Thomæ,  
Rectoris, nunc beati defuncti, dexterimā  
instruccióne usus, donec Cygneam urbem,  
antiquam Saxoniam sese contulerat, & in  
Scholâ ibidem florente sub Præclaris Viris,  
Dn. M. Georg. Andr. Vinhold, Rectore, &  
Leisnero, Con-Rectore tales in studiis  
fecit progressus, ut Anno 1709. charissimo-  
rum Parentum & Præceptorum consilio studia  
Academica aggredi potuerit: Lipsiam igitur,  
urbem & bonis artibus & mercaturâ dudum  
inclareſcentem profectus est & prope trien-  
nium vitam ibi egit, nec tantum studio Phi-  
losophico, sed etiam Juridico assidue operam  
navavit, ac in illo studiorum genere Plutimum  
Reverendi Dn. M. Berndii, nunc ibidem ad  
ædem D. Petri Pastoris, in hoc verò Præno-  
bilis & Amplissimi Dn. Philippi, J. U. Docto-  
ris & Juridicæ Facultatis Assessoris, fidâ infor-  
matione fruitus est. Postmodum, sedulò sic  
absolutis studiis Academicis, domum rever  
su

Sus in patria studium hactenus Theoreticē  
pertractatum ad Praxin accommodavit; Ut  
demum honoratissimorum Parentum suasu  
& admonitione Academicæ dignitatis culmen  
accederet, nostrum igitur accessit Athenæum,  
& propositum suum honestissimum Facultati  
Juridicæ modestè exposuit, petens, ut ipsi porta  
ad scopum panderetur; determinatum igitur  
fuit tempus, ut assolet ad Candidatorum Examina,  
atque desideranti Candidato designati sunt  
ex utroque Jure textus, quos, privatum doctè  
enucleatos, prælegit & deinde Examen pro-  
bè sustinuit; quo finito, & à Facultate præ-  
missâ deliberatione, receptus est in matricu-  
lam Candidatorum atque ipsi decreta fuit  
facultas cathedram ascendendi, habendæ Cur-  
soræ Lectionis ergo, nec non Disputationem  
Inauguralem instituendi; quarum priorem  
futuro die Martis expediet horâ matutinâ post  
VIII. in Audit. Jur. Colleg. Maj. quam celebri-  
tatem ut augmentare suâ velint honorificâ  
præsentia Dnn. Universitatis Proceres atque  
strenui Jurisprudentiæ Cultores, officiosè &  
humaniter invitantur. Publ. sub Sigil. Facult.  
Jurid. Erfurti Domin. Trin. XIV. A. 1714.

Typis JOH. HENR. GROSCHII, Acad. Typogr.

Erfurt, Diss., 1713-14.

X 2386987

VD 18

ULB Halle  
007515804

3





## Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Blue

Cyan

1714, 32

1821

FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANUS  
ET  
SENIOR,  
**JOHANNES HENRICUS**  
**Mepist/**

JCTUS, ELECTORALIS REGIMINIS  
CONSILIARIUS, DECRETAL. PROFESSOR PUBL.  
ET JUDICII PROVINCIALIS ASSESSOR  
PRIMARIUS.

L. B. S. & O.

quædam de Transactiōni bus